



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 38. Papæ Nuntius Cæsar is indignationem expertus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

*id vel ex necessitate ob inopiam virium, vel Sæc. XVI.
ex Religione ob animi persuasionem, non ex voluntate ob amoris defectum oriri.*

§. XXXVIII.

Papæ Nuntius Cæsaris indignationem expertus.

Die vigesima quinta Februarii summus *Pallav. l. 9.*

Pontifex quemdam nominavit *Le- c. 19. n. 1.*

gatum, qui ad Cæsarem missus cum eodem de Anglia Ecclesiæ reconcilianda conferret: cum vero postea evoluto uno mense Francisci I. obitus innotesceret, Papa etiam quemdam ablegabat Cardinalem, qui Henrico II. ejus Successori Pontificis tristitiam ex Patris obitu conceptam significaret, simulque obtentum Regni solium eidem gratularetur. Ceterum Ulmæ degebatur Ve- rillus Papæ apud Cæsarem Nuntius, cum acciperet literas, quibus ei Papa, ut Ca- roli animum de excipiendo Legato A- postolico exploraret, mandabat, simul eidem injungens, ut hanc Epistolam Cæsari prælegeret. Vix nuntius hæc mandata receperat, cum illico Impera- torem adiret: Attamen hunc valde ira- tum, ac tantopere omnis etiam ratio- nis impatientem expertus est, ut primo nequidem Papæ Nuntium auscultare vellet. Hujus indignationis Auctor ex-

Y 5 stitisse

Sæcul. XVI. stitisse credebatur Cardinalis Madruti^s,
A.C. 1547. qui post Patrum discessum Bononiam
 versus mox ad Cæsaris Aulam convo-
 labat; quinimo non deerant, qui suspi-
 cabantur, quod hæc Synodi translatio
 huic Cardinali ea ex caufsa permolesta
 acciderit, quod speraret, novi Papæ
 electionem, si Sedes Pontificia duran-
 te Synodo vacaret, in ipsius Metropoli
 celebrandam, proin sibi haud exiguum
 Pontificatus spem fore reliquam. Porro
 utut res se habuerit, id pro comperto
 habemus, quod duo præsertim Ca-
 roli animum altius affixerint, quorum
 primum erat: *Quod intelligeret, Germanos specioso prætextu eam Synodus rejecluros, cum ea alibi, quam in loco per ipsorum comitia constituto celebraretur, ac proinde Cæsar a concepta spe decideret redigendæ Germanicæ ad Religionis concordiam, adeoque ad pacis, Imperiique unitatem.*

Alterum erat *objec^ta quædam species sui contemptus*, etenim cum antea tot annos Concilii celebratio prorogata fuisset, ut de loco, qui Cæsari probaretur, conveniret, nunc repente illud asportatum inde fuerat, & in sede, cui nunquam ille consenserat, collocatum, idque ne ipso quidem conscio, & in suo pene conspediu.

§. XXXIX.